Stampato.

Ad Antonium Mariam Gratianum
de eius historia de bello Cyprio.
hendecasyllabum.

Heri, candide amice Gratiane,
Perlegi historiam tuam libenter.
Nam placet stylus, et tuū probatur
Valde iudicium. nihil profecto
Addi uel minui tuis disertis
Libellis potuit. polita uerba,
Elegans, gravis, ullo et abs fuco
Scribendi egregia, atq singularis
Forma, quae nihil artis, aut laboris
Ostentat, pariet meo sodali
Nomen perpetuum. Deus benignus
O sic utinam pater supremus
Concedat tibi, Gratiane dulcis,
Polito historio, tuo patrono
Praeclaro, egregioq Cardinali